



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Eginhartvs De Vita Caroli Magni, Animadversionibvs  
Illvstratvs**

**Bessel, Friedrich  
Reinhard, Johann Friedrich**

**Helmestadii, 1667**

Cap. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10996**

Fuit & aliud *Chronicon* s. Dionysii vivente adhuc Carolo conscriptum, cuius meminit Joh. Turpinus *de Vita Caroli* cap. 1. Sed enim priores illos annales post Eginhartum potius scriptos existimem; Turpini autem istud *Chronicon*, una cum suo auctore, frivolum ac futile non immerito quis judicet. Certè si quicquam super hanc re ante Eginhartum conditum est, ejus scriptorem Alcuinum fuisse oportet, quem anno 803. hoc est undecim ante Caroli mortem obiisse scribit *Odorannus Monachus*, apud *Pithœum* p. 214.

## CAP. V.

1. **O**mniū bellorum quæ gessit, primo Aquitanicum à Patre inchoatum, sed nondum finitum, quia citio peragi posse putabatur fratre adhuc vivo & auxilium ferre rogato, suscepit, & licet eum frater promisso frustrâasset auxilio, susceptam expeditionem strenuissimè executus, non prius incepto desistere, aut semel suscepto labori cedere voluit, quam hoc quod efficere moliebatur, perseverantiā quâdam \* perfecto fine conclude-
2. ret. † Nam & Hunoldum, qui post Waifarii mortem Aquitaniam occupare, bellumque jam penè peractum repare tentaverat, Aquitaniam relinquere, & Vasconiam pe-
3. tere coëgit. † Quem tamen ibi consistere non sustinens, transmissio amne Garonnâ Lupo Vasconum Duci per legatos mandat, ut perfugam reddat: quod nî \* festinè faci-
4. at, bello eum se expostulaturum. † Sed Lopus saniori usus consilio, non solum Hunoldum reddidit, sed etiam se i. plūm cum provincia cui præerat, ejus potestati \* submisit.

\* Addit  
Cod. Flora  
ac jugitate

\* MS. fe-  
stinatò.

\* MS. per-  
misit.

## ANIMADVERSIONES

## AD CAP. V.

**O**mniū bellorum quæ gesit, primò Aquitanicum suscepit] Hæreditarium ferè hoc bellum Carolo fuerat. Näm & ipse jam ann. æt. 19 in expeditione contra VVaifarum à Patre assumptus, legitur apud Adelm. Benedict. ad ann. 761. Post imperfectum autem VVaifarum, et si illud bellum sotpum viderit potuerit, transacti tamen ejus rel quias suscitat Hunoldus, VVeiferi frater, E donis filius, cuius meminit Sigebertus ad ann. 733. ubi tamen Huwaldus vocatur, quod nomen truncatur

D

runt